

Sermo

¶

nō habent. Isti nominantur sed nō denominantur. quia denominatio est participatio rei et nominis. In futuro autem dicemur saluari. quia consummabimur in salute. ut iam nō possumus illam amittere. **Unde ysaye. l.** **Salus mea in sempiternum erit.** **Deutero. xxxiiij.** **Beatus es tu israel. quis similis tui populus qui saluaris in domino.**

¶ **In die epiphanię.**¶ **Epistola.** ¶ **Isaye. lx.**

Verge illuminare Iherusalem. quoniam uenit lumen tuum et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operiet terram: et caligo populos. Super te autem orietur dominus. et gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo. et reges in splendore ortus tui. **Leua in circuitu oculos tuos et uide. omnes isti congregati sunt et uenerunt tibi. Filij tui de longe uenient. et filie tue de latere surgent. Tunc uidebis et afflues. et mirabitur et dilatabitur cor tuum. quando conuersa fuerit ad te multitudo maris: et fortitudo gentium uenerit tibi. Inuaditio camelorum operiet te. oromedarij madian et effa. Omnes de saba uenient: aurum et thus deferentes et laudem domino annunciantes.**

¶ **Euangelium.** ¶ **Mathei. ij.**

In illo tempore. **Cum ergo natus esset ihesus in bethleem iude: in diebus herodis regis. Ecce magi ab oriente uenerunt iherosolimam dicentes. Ubi est qui natus est rex iu-**

uicesimussecundus

deorum. **Adiuimus enim stellam eius in oriente: et uenimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis iherosolima cum eo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum israel. Tunc herodes clam uocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle que eis apparuit. Et mittens eos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de puero. et cum inueneritis renunciate mihi: ut et ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent reges abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecesserat eos: ubi dum ueniens staret supra ubi erat puer. **Adiudentes autem stellam gaudentes sunt gaudio magno: et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius. et prostrantes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obulerunt ei in uera: aurum. thus et mirram. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: reuersi sunt per aliam uiam in regionem suam.****

¶ **Sermo uicesimussecundus.**

Gloria dei est celare uerbum. et gloria regum inuestigare sermonem. **Proverbiorum. xxv.** **Dupliciter gloriosam solennitatem salomō nobis inuuit in his uerbis. scilicet preterite natiuitatis.**